Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

Si obliti fuero tui alla obliuscat
me dextera mea. Adhereat lingua mea fau
ibus meis si non memiero tui alla alla.
℣ Super flumina babylonis illic sedimus
et flevimus dum recordaremur tui syon. Ad
Non ergo existimet homo ille quod
accipiat aliquid a domino. Vir duplex
animo: inconstans est in omnibus viis
suis. Gloriatur autem frater humilis
in exaltatione sua, divites autem in
humilitate sua. Quoniam sicut flos
feni transibit. Exortus est sol cum
ardore et arefecit fenum: et flos eius
decidit et decor vultus eius deperiit.
Ita et divites in itineribus suis marcescet.
Beatus vir qui sustinet tentationem:
quoniam cum probatus fuerit
accipiet coronam vite: quam repromisit
dominus diligentibus se. T.
℣ Videerunt te
aque domine videerunt te aque et timuerunt et
intimidi sunt abyssi: multitudo aquarum dederunt vocem
alla alla alla. ℣ Illuxerunt choruscationes
tue orbi terre commota est et contremuit terra.
Nemo cum tentatur
dicat: quoniam a deo tentatur. Deus
enim interpretatur malorum est. Ipse
enim neminem tentat. Unus
quisque vero tentatur a concu
piscentia sua: abstractus et illectus.
Deinde concupiscentia cum concepta
parit peccatum: peccatum vero cum
consummatum fuerit generat mortem.
Nolite igitur errare fratres mei di
lectissimi. Omne datum optimum
et omne donum perfectum desursum est
descendens a patre luminum: apud quem
non est transmutatio nec vicissitudo
obumbratio. Voluntarie ge
nuit nos verbo veritatis: ut simus
initium aliquod creature eius. T.
Narrabo nomen tuum fratribus meis alla

in medio ecclesie laudabo te alla alla. ℣ Qui
timetis dominum laudate eum universum semen
iacob glorificate eum. In medio. Ps. Ps. Ps.
Gaudi sunt dil. P. Consilia. ℣ Noli fle m.
Sitis fratres mei dilectissimi. Sit
autem omnis homo velox ad audien
dum: tardus autem ad loquendum.
et tardus ad iram. Ira enim viri
iustitiam dei non operatur. Propter quod
abiicientes omnem immunditiam et
habundantiam malitiae: in mansuetu
dine suscipite insitum verbum. quod potest
saluare animas vestras. Estote ergo
factores verbi et non auditores tantum
fallentes vos metipsos: quia si quis
auditor est verbi et non factor. hic compa
bitur viro considerantem vultum nati
uitatis sue in speculo. Consideravit
enim se et abiit: et statim obliitus est
qualis fuerit. Qui autem perspexe
rit in lege perfecta libertatis et permanse
rit non auditor obliuiosus factus
sed factor operis: hic in facto suo beatus erit.
In toto corde meo alla exquisivi te alla
ne repellas me a mandatis tuis alla alla.
℣ Vide humilitatem meam et erue me quia le
gem tuam non sum obliitus. Ne repellas.
Si quis autem putat se religiosum
esse non refrenans linguam suam
sed seducens cor suum: huius vana
est religio. Religio munda et imma
culata apud deum patrem hec est visitare
pupillos et viduas in tribula
tione eorum: et immaculatum se custodire
ab hoc seculo. Fratres mei: nolite in
personarum acceptione habere fidem domini mei
ihesu christi glorie. Etenim si introierit in con
ventum vestrum vir aureum habens anulum
in veste candida. introierit autem et pauper
in sordido habitu et intendatis in eum
qui indutus est veste preclara et dixe